De signis malis que a morbi sumūtur habitudine. Que aūt ex morbis ducunt signa hec sunt que assignamus. Morbus qui post aliū fit p̄cedentē morbū: si difficilior est p̄mo. aut in nobiliori membro malū est. Si dolorē capitꝫ senserit patiēs grauē et pseueret cū febre: ꝛ quocūis modi cū malū appareat signū malū est: sīgt etenim pculdubio mortē. Dolor etem̄ in capite grauis cū febre apostema sīgt calidū in cerebro: opimēto eius quē si malū comitet signū ytutē a morbo sīgt superatā. Qđ si malū nō appeat signū patiēs liberādus cū sanguis narīū fluxu aut emissiōe sīgtur. Narīū aūt fluxus hac accidit in hitudine ei qui iuuenis ē nec i morbo viginti fuit adhuc dieb⁹. Qđ si vicesimum morb⁹ trāsijt die ꝛ grādior est eger aut senex saluatio eius p emissionem fiet. Et si pseueret cephalea et capitis grauitas ac colli p̄hrenesim patienti spasm⁹ illi fiet cōgelatus ꝛ cholerarū vomit⁹ veneno similis: nec morabit mori. Cephalea nāq̄ a cholerarū fit ascendētiū acumine in cerebrū. Cōgelatio aūt cerebri fit ex siccitate ꝛ opimēti eius. Vomitus ex cholerarū fit multitudine croceaꝝ que male sunt ꝛ corpi dñantur: mortis ei⁹ acceleratio ex morbi malitia ꝛ cū passiōis huiꝰ locus nobilis. Et si patiēs debilis est virtutis statim vt vomit⁹ accidet vel ꝓgelatio morietur. Si robustus est in die differet mors tertiū. Si mēs percussionis cā i capite alienata sit aut corrupta signū est cerebro et ventriculis eius incōmoda fctā. Si in cerebro fiāt emissiōes ꝛ ad ventriculos eius penetrent mortem significant: ventriculi nāq̄ cerebri spūm ytinent animalē. Si ergo incō modū illis acciderit spūs cessat ꝛ vita deperit. Si ex vini potu alienatio accidat mētis ꝛ horror malū est: ꝓpterea q̄ vaporibus vini cerebri ventriculi repleti sunt ꝛ calefacti. Quod si horror pariter fiat sīgt cum sua vinū multitudine calorē submergit naturalem ꝛ coagulat. Si apoplexia ebrio subito fiat spasmat ꝛ moritur nisi forte febris illi accidat hora q̄ cras pleuini hñt dissoluit: apoplexia nāq̄ in hmōi hitudine ex cerebri ventriculoꝝ fit repletiōe neruorūq̄ a vino. Et cū in vino subtilitas est queq̄ ab ipso facta est repletio dissoluit hora qua ebrietas dissoluēda ē: febris quoq̄ cū accidit materiā subtiliat ꝛ dissoluit: sit cū non accidit ebrietatis sua solo hora: nec febris supuenit ipm spasmari ꝛ mori passionis magnitudine. Cui dū sanus est subit⁹ fit capitis dolor ꝛ statim tacitus fit ꝛ stertere illi accidit in septem moritur die⁹ nisi forte febris illi fiat. Apoplexia nāq̄ vt diximus ex cerebri vētriculoꝝ fit repletione a grossis hūorib⁹. Stertere aūt si in apoplexia fiat eius sīgt et vires ꝛ magnitudinē. Egritudo nāq̄ sua virtute lacertꝫ pectus accidit mouētibus quēadmodum ait hypocras: apoplexia si fortis est ꝛ die nō transit septimū. Et in alio ait aphorismo: apoplexiā fortē sanari impossibiliū: debilē difficiliū. Quoniā apoplexia acutoꝝ est quidda morborū: cuius finis in die quarto est ꝛ vij°. qm̄ q̄ passio in mēbro est nobili ipſ hoc ptrāsire nequit nec pōt cerebrū ampliori ꝑ hoc tpe difficilē pferre passionē. Et si febris accidat superfluitatē dissoluit ꝛ subtiliat ꝛ morbus recedit. Et si cū ytinua febre fuerit: dolor fiat molest⁹ ꝛ grauis intra aurē: signū est malū. Dolor nāq̄ hoc in loco grauis apostema approbat eē calidū qđ neruis accidit auditus: dolorq̄ et egritudo cerebrū vsq̄ pranſit eo q̄ illi proximū sit. ideoq̄ pariter mētis accidit alienatio ꝛ interit⁹ sequitur. moriuntur aūt nōnulli quibus hec accidit subito quēadmodū i apoplexia fit. Et si patiens iuuenis est prima morit ebdomada: qm̄ hac in etate febris fortior est ꝓpter caloris virtutē ꝛ cholerarū in hac etate multitudinē. Qđ si egrotās senex est post hoc morietur lōge. febris etenim calor in corporibus senū debilior est: ꝓpter caloris debilitatē ꝛ cholerarū in eoꝝ corpibus paucitatez. hac itaq̄ de causa in senibus periculū minus ē: qm̄ ex morbi lōgitudine nōnūq̄ aures eoꝝ saniē emittūt ꝛ liberant. At vero iuuenes anteq̄ in saniem vertant moriunt: ꝓpter eā quā diximus cām. Qđ si sanies fiat et auribus emittatur signūq̄ illis bonū appeat salus illoꝝ speratur. ¶ Si in lingua pustule appareant magne. vt cicer ꝛ extrema frigescāt mortē significant primā. ¶ Significat nāq̄ pustulas has meri stomacho eiusq̄ confinibus accidisse. Si in collo apostema appareat nigrū et turgidū cū mētis alienatione: aut vigiliis. aut malo anhelitu: signū ē malū: qm̄ q̄ illō faciūt apa cholere male sūt. Et si in gurgulione vic⁹ appeat

cū febrē ꝯtinua est malū: maxlēcz si pariter sig-
nū apparuerit malū ⁊ reprobū sigt nācz pe-
riculū: qm̄ hoc vl⁹ in loco transglutionē pro
hibet doloris cā: respirationēcz ꝓhibet aeris:
vnde ⁊ patiēs suffocaꝫ ac morit. Cū qui suffo-
catur multo egeat aere caloris cā. Sic ⁊ si fe-
bricitanti suffocatio accidat repētina: nec trāſ
glutire prevalet aliq̄d mortis; est signū. Sed
⁊ si febricitāti colli accidat curuatio⁹ difficilis
est trāſglutio illi: nec in collo eius tumor ap-
paret mortē sigt. Hoc etē accns sigt aut in
meri: aut in lacertis illud subinnoluētib⁹ apa
esse. Apostemacz nervos ⁊ nuchā contrahit:
trahunturcz cū eis spōdiles ⁊ collū curuatur.
Si iugulatio homini in sit: nec cū ea aut in col
lo: aut i gurgulioē apatis aliquid appeat aut
rubor⁹ ⁊ dolor difficilis est: ⁊ cū anhelitu vult
surgit ad sedendū nec iacere p̄t prima morietur
septimana: aut añ. Si em̄ apa non appeat in
gurgulione loco q̄ meri est transitus et meat⁹
ac gutturis sigt apostema intus guttur esse: ⁊
cū anhelitus oppilatur meat⁹: ideocz necessa
rio patiēs suffocaꝫ. Orthomia aūt hac in pas
sione fit: cū patiēs si supinus iacet mēbra an-
teriora sup posteriora cadūt anhelitusq̄ op-
pilaꝫ meatus intātū vt eger collū erigere ha-
beat necesse: apiturcz parū gutturis meatus:
ideocz patiēs deverit ꝓpter meatū. ſ. oppi-
lationē. ¶ Quinātia aūt que hmōi ē: sz tamen
eius rubor in gurgulione ⁊ apa appet: mortis-
fera est: sz mors eius tardior. Hac etē quinā
tia apa in gutturis est extremo ⁊ meri ideocz
dolor minor et orthomia nō difficilis. vnde et
huius differtur interitus. ¶ Cū aūt collū ru-
bore suffundit et pectus longioris est tpis et
sperāde patientis saluti magis proxima: nisi
forte subito rubor ad interiora occultet. Ru-
bor nācz si ad exteriora missus appareat i pe
ctore ⁊ collo: significat qm̄ natura materiam
ad exteriora pellat: ⁊ gutturis liberantur inte
riora. Cū autē occultatur rubor ad interiora
ꝙuersus semel significat cuz passio ad guttur
ꝙuersa est et pulmonē. ⁊ exitiosum est. Et si oc
cultatio ruboris creticoꝝ aliquo fiat die. ⁊ in
corpis exterioribus emissio appet: aut patiēs
aliquā reiicit saniē: sigt a morbo liberationē.
Qđ si occultatio fiat ruboris hoꝝ nullo appa
rente signoꝝ: ⁊ videris patiētē esse tancz eius
si sit sedatus dolor: mortē significat aut mor
bi reditū. Stit aūt a dolore quietē. qm̄ apo-
stema ad pulmonē transit cui sensus est. ideo
cz qui egrotat molestiā nō sentit. ¶ Si hoi q̄-
nātia fiat et sanatur ab ea: ac materia ad pul
monem declinat: in septem morietur diebus.
¶ Si fune homo suffocetur aut alia re: nec p
ficiatur suffocatio appareat autez eius in ore
spuma non liberatur a morte. Suffocatio et-
em̄ cum super gurgulionem ceciderit ⁊ gut-
tur cōpresserit ac pulmonis canalem aer in-
trare ꝓhibetur: ⁊ suppliuitas egredi fumosa:
dēsaturcz fumosa suppliuitas sup cor ⁊ pulmo
nem: cuius emissionem facere nitit pulmo et
suis instat viribus. Emittit itacz parū quidva
porū: ⁊ cū his humiditatē subtilē. atcz abinde
fit spuma. Spuma nācz ex humiditate fit ⁊ vē
tositate hac in habitudine. quēadmodū ma-
ris accidit in vndis. cuz illas ventus pcusserit
¶ Et cui pleuresis est nec aliq̄d expuit: ac or-
thomia illi accidit intantū vt anhelare iacens
nequeat moritur: ⁊ eniz apatis magnitudinis
fit cā ⁊ virtutis a maturatione debilitate. ⁊ ex
pellēdis q̄ in eis sunt: ⁊ cū pectoris partes dū
iacet eger super apostema cadūt: ideocz mea
tus oppilantur anhelitus. vñ et orthomia ac
cidit. ¶ Et cuius pleuresis dolor nō mitigaꝫ
per sputū ⁊ excreationē nec per flebotomiam
⁊ medicamē solvens. nec per cataplasmata ⁊
alias curas ac regimē malū est: qm̄ in saniem
vertitur. Omne etē calidū apostema si me-
dicaminib⁹ ꝓhibentib⁹ ⁊ dissoluentib⁹ non
mitigatur: in saniei transit coadunationē. Si
in peripleumonia ⁊ pleuresi fiat sanies. ⁊ post
cholere in sputo ducunk. vt aliqñ saniē spuat
⁊ simul vtrūcz. signū est malū. Natura etenim
significat ab apatis maturatione deficere: et
qm̄ totā nō pōt materiā in saniē alterare pro
pter hūoris malitiā. Et si saniei sputū septio
incipiat die patiens quartodecimo morit.
Septimus nācz dies creticus ē ⁊ morboz est
in eo finiri aliqua evacuatiōe qēadmodum
alias dictū. Si ꝙ malū in eo appuerit signum
⁊ mala infirmi hitudo ägebit mortē sigt qē
admodū si materia hoc deficeret die bonū si-
gnificaret. ꝓpter eā quā dirim⁹ cām. Jdeo ꝙ
quartodecimo die morit: qm̄ hmōi signū hoc
in die mortale. Et si infirmo signū qđ libera-
tionē significet appuerit mors eius in septi
mūdecimū aut vicesimū transferꝫ diem iuxta
signa bonū signtis vim. Et si malū boni loco
signū appareat eger nono aut vndecimo mo
ritur die. iuxta signi malū signtis fortitudinez
⁊ debilitatem. ¶ Si lateris locus pleuresim
patientis nigrescat mors illi velox adest. Ma
teria namcz mala sua magnitudine ad extes
rioza fertur ab interioribus. ⁊ nigredo mate-
riei signū est malitie. ¶ Ex pleuresi peripleu-
monia facta malum est signū. Malus etenim
humor a quo pleuresis facta est eo ꝙ multus
sit: nec pectus ei sufficiat capiendo ad pulmo
nem pars eius tendit ⁊ incōmodū in hoc cres
cit nobili membro. ¶ Et sciendū qm̄ saniem
habētiū qui moriūtur que fit ex pleuresi ⁊ pe
ripleumonia grādiores sunt ⁊ senes. Reliq̄ sa
nies spēs vt ptisis vlcus ⁊ apata q̄ sub hypocū
driis fūt adolescētes ꝙpli⁹ interimūt. In pleu
resi nācz et pipleumonia patiens ꝓtute egeꝫ

qua q̄ in pectore ꝛ pulmone adunata ſũt emittat. Senũ ãt eſt debilis ꝟtus nec hoꝛũ ꝓ ſputũ ualet purgare loca: nec febris in eis fortis ẽ: vñ nec tm̃ q̄dẽ vt iuuenes moleſtaꝝ. Adoleſcẽtes ꝟo ex pleureſi ꝛ pipleumõia liberãtur qm̃ fortiores: poſſũtq; emittere pectoris ꝛ pulmonis ſaniẽ facilꝰ. Qm̃q; eoꝝ fortis ẽ calor ꝛ reliq̃ eoꝝ ãpata febris comitatur difficilis q̄ in mẽbra trãſeat radicalia: ideoq; eoꝝ ꝓſumitur hũiditas ꝛ virꝰ diſſoluꝝ. ¶Cui pleureſis eſt aut ꝓpleumõia ſi diſſolutio fiat vẽtꝛ illaudabile ẽ maxieq; ſi ſeptimo acciderit die. Solo etem̃ pectꝰ nõ purgat ꝛ pulmonẽ ſed ꝟtutẽ debilitat nec põt morbi pellere mãz ꝓ ſputũ. Qõ ſi ãñ ſeptimã fiat ſolo ſignũ ẽ naturã nõdũ cõfortari ad mãei maturationẽ ꝛ morbi. ſz ꝟtutis ſit ꝟ ꝟbilitate retinẽtis. ¶Sic ꝛ ſi cui ptiſ ẽ fiat ſolo moꝛiꝝ: einſq; cã retinẽtis eſt debilitas virtutis ꝛ qm̃ mẽbra liqueſiũt radicalia ꝛ diſſoluũtur. ¶Et ſi pleureticis vel pipleumõicis emiſſiões fiãt in pedũ ptibus: quodq; ſpuẽdo emittit difficile exit ꝛ parue ẽ quãtitatis ꝛ indigeſtũq;: tm̃ via hypoſtaſis nõ appet laudabilis. ſigt qm̃ in qua illud factuz eſt diſgregatio extirpabitur cuz ſua eſt in malitia mã. ¶Et ſi emiſſiões occultenꝝ ꝛ febris nõ deficit. ꝛ ſputũ vt prius ẽ difficile emitti ꝛ paucuz infirmi alienabitur aius ꝛ moꝛiꝝ. Hec em̃ accidẽtia ſignt qm̃ materia peſſima eſt ꝛ ad ſuum reuerſa locũ. ¶Si coꝛriza pleuretico fiat aut pipleumonico. ſignũ eſt malũ: eo q; hac in paſſione mã multa eſt ꝛ ad pectus deſcẽdit ac pulmonẽ: innitituꝝq; loco patienti ꝛ malũ augeꝝ. ¶Cui ſanies ẽ i pectore ꝛ vꝛiꝝ: ſi ſanies vini feci aut inoto ſtis exeat: moꝛiꝝ. qm̃ materiã nã nõ decoxit: nec alterat in mẽbroꝝ radicalium nãz ſed in ſua remanet malitia. Si q; ptiſicꝰ expuit fetet odore cũ ſup prunas mittꝝ ardẽtes moꝛtẽ ſignificat. Fetoꝛ etem̃ ſputi putredinẽ ſignificat pulmõis. aut hũmoꝝ putrefactionẽ. ¶Et ſi pulmo coꝛruptꝰ ẽ ꝛ iteritus ſequiꝝ. ¶Si ptiſici concludat ſputũ moꝛtẽ ſignificat qm̃ virtutis oñdit debilitatẽ. Sanies vero ſi nõ emittatur pulmonẽ coꝛrodit ꝛ ad coꝛdis tẽdit ptes. ¶Si hoi cuipiã ſolo eſt mala vt egõ nigra ꝛ viridis ꝛ fetida: dehic cõſtipetur ꝛnõ exeat mẽbia coꝛrumpũtur. ¶Alienatio mẽtis in ptiſicꝫ malũ: accidẽs nãq; eſt alienũ. ¶Et ſi ptiſicoꝝ defluãt capilli ꝛ fluxꝰ illis fiat vẽtris: moꝛs illi ꝓxima ẽ. Hec etem̃ duo accẽtia ꝟtutis ſignt retinẽtis debilitatẽ ꝛ hũiditatis defectũ. ¶Ptiſicis cephalea ſi fiat ſignũ ẽ malũ: qm̃ accẽs ẽ alienũ mãrũ ſigns malaꝝ i cerebꝝ aſcẽſum. ¶Ptiſicus ſi multũ emiſerit ſudoꝛẽ malũ. qm̃ humiditatis ſigt: cõſumptionẽ q̄ inter mẽbroꝝ eſt partes. ¶Si q; ptiſicus expuit multũ eſt ꝛ faciliter: vita illi prolixior eſt ꝛ tardaꝝ moꝛs. Multuz etenim ꝛ facile ſputum virtutem ſigt validã q̄ pulmonẽ a ſanie purgat ꝛ mã matura pauce groſſitiei ꝛ viſcoſitatꝫ. Sputũ ãt paucũ ꝛ q; difficile emittiꝝ ex ꝟtutis ẽ debilitate q̄ pulmonẽ mũdare nõ põt ꝛ mãei groſſitie et cruditate. Cui defectꝰ ſine manifeſta ſit cã ſepius ſubito moꝛiet. Sincopis etem̃ ſine manifeſta cã ex humoꝛibus ſit malis q̄ ad coꝛdis influunt ptes. Si vero ꝓlixius fiat huiꝰ mãrũ fluxus tẽpus coꝛdis augetur debilitas ꝛ materia ad ipſum influit fortis: caloꝛẽ infundẽs naturalẽ ꝛ extinguens. Si tremoꝛ coꝛdis homini grauis accidit continuus moꝛietur ſubito. Tremoꝛ nanq; mala ſit ex cõplexione que coꝛdi accidit ex mala mã. q; ſi coꝛdi diutiꝰ inſiet eiꝰ diſſolutiꝫ virtus ꝛ caloꝛ extinguiꝝ. Si in pectore vulnus fiat qõ ad cõcauitatẽ eiꝰ penetret ꝛ coꝛdis partes moꝛtẽ ſine dubio ſignificat cũ pectus ꝛ coꝛ vite ſint fornax. Si vomitũ habẽti ſingultatio accidat ꝛ i oculis ruboꝛ ſignũ eſt malũ. Singultatio nãq; ſpaſmꝰ eſt q̄ ſtõ accit q̄ ex repletiõe ꝛ euacuatione fit. Et ſi cũ vomitu fiat ſignificat ex euacuatiõe eẽ qui ſpaſmus peioꝛ eſt eo qui ex repletione fit. Si aũt oculi rubeãt ſigt paſſionẽ ad cerebꝝ aſcẽdiſſe. Sic ꝛ ſi ſingultatio exſolutiõe fiat aliꝫq; ex eũatiõibꝰ. ¶Hydropiſis q̄ poſt moꝛbos fit acutos ſi cũ ea febris ſit ꝛ moleſtia malũ eſt ꝛ moꝛtale. Cũ em̃ hydropiſis ex epatiꝫ fit frigore ꝛ ꝟtutis debilitate ꝓgnantis fit: curatio eius per calefactionẽ ꝛ medicaminũ vſum caloꝛũ. Et ſi hmõi vtaꝫ q̄s febris augeꝝ ꝛ moleſtia: cũ moleſtia aut ãpatis cã ſit calidi aut caloris febris pũctura: cũ aũt refrigerãtibꝰ vtimur vt febris minoꝛ fiat hydropiſim augemꝰ. iõq; infirmus circa hoc ſepe depit. Hydropico ſi tuſſis accidat grauis ſignũ eſt peſſimũ. Hocq; ſi tuſſis dñantis in pulmonem hũiditatis cã fiat q; ſi ab alia cã minꝰ malũ. Si hydropico colerica accidat ſolutio malũ eſt. Cũ etem̃ hydropiſis ex materia ſit frida cũ a coꝛpe materia euacuaꝝ calida moꝛbi augeri ꝛ roborari materiã: ideoq; eger deperit. Si ſub hypocũ drijs apoſtema fiat calidũ pariterq; ſubuerſiones ſeꝑ moueanꝝ ꝛ frequẽter iſaniã ſigt futurã ꝛ piculũ. Hoc enim ãpa ꝛ paſſionem in oꝛe ſignificat eſſe ſtõaci ꝛ diaphragmate: vñ ꝛ mentis ꝑfert alienationẽ ex hoꝛũ duũ mẽbroꝝ cũ cerebꝛo cõparticipatiõe. Si in epate aut ſtõ aut ſplene ãpa fuerit calidũ malũ eſt: ſi magnũ iteritũ poꝛtẽdit. Hec em̃ mẽbra excellẽtia ſunt ꝛ maxime vtilitatis per que mẽbra ſãt ꝛ coꝛpis ꝓſtitutio. His itaq; ſi in cõmodũ accidat malũ eſt: ꝛ ſi magnũ actiões eoꝝ deficiũt ꝛ patiẽs pit. Et ſi ab epatis ãpate ſingultatio fiat malũ ẽ ſignũ. Ãpa nãq; hmõi epatis magnũ eſt calidũ ꝛ vſq; ſtõm moleſtia fertur. Jõq; in eo colere generaꝝ multe q̄ ipm pungunt ꝛ ſingultatio oꝛitur. Si q; ſub hy-

pocūdrijs est apa in lacertis fuerit vētris picu lū nō minaī nisi magnū sit: tuncqz pp magnitudinē ꝛ nāe debilitationē a resistēdo. Et oia q̄ sub hypocūdrijs sunt apata in principijs habēt periculū. Et si .xx. trāseāt dies ꝛ febris durat: ac apa nō dissoluīt sanie facit. hoz apatū sanē habētiū cui rotūdū nō est caput ad exteriora declinās: iz caput eius latū est ꝛ magnū periculū portēdit. Cuius etenī caput acutum est materiā sigt subtilez tenuitatēqz ꝛ calorē. vnde cito maturaī ꝛ sanies fit. Et eius inclinatio versus cutē. nobis sigt mēbri salutē ab eo. Qō aūt magnū ꝛ capitis lati multitudinem signficat materie ꝛ grossitiem: naturāqz debilitari ab ipsius maturatione pp grossitiē eius: ꝛ ab eius expulsione ad exteriora ꝓpter multitudinē. ¶Si eruperit apostema ad interiora anime fit cōturbatio ꝛ virtutis casus ac periculū fit magnū. Et si eius ad exteriora ꝛ interiora fiat eruptio mortē significat. Eruptio nāqz ad exteriora ꝛ interiora morbi significat magnitudinē. Omnia apostemata si magna sint ꝛ molesta. duraqz periculū significāt ꝛ mortez ꝓpter morbi magnitudinē ꝛ virtutē quoniāqz naturā deuincit. Si hoī in epate sit hydropis ꝛ rumpit aqua ad operimentū quod vocatur siphaces eius interiora aqua replentur ꝛ moritur: hydropis eteniz que in epate est tumor est qui operimento ipsum inuoluenti fit aqua repleto. Si ergo tumor hic eruperit: aq̄ ad siphacem vel thyrbuz defluit replenturqz loca hec rubiginosa aqua que operimētū comedit exuritqz ꝛ infirmꝰ parit. Qui hydropicoꝝ incidit aut coquitur: fluitqz ab eo sanies ꝛ aque multū quid semel interit. Omnis eni semel facta multa euacuatio: virtutē dissoluit ꝛ debilitat intantū vt restitui nō possit. Egreditur nāqz cuz aq̄ ꝯtitas spūs multa. Cui sub hypocū drijs apa est in stō aut alijs inferioribus mēbris si erūpat ꝛ sanies ab eo silis exeat feci vini aut amurce exitiosuz est signū. Nā nāqz nihil agit in materia: nec maturat eam vt sanies fiat alba. Jctericiū epar si durū sit maluz est signū: durū eteī apa significat: apa aūt epatis ꝺ durū in hydropisim sepiꝰ defert. Si q̄ sub hypocundria sunt ventris supplano tenuia sint ꝛ macida: in solutionē patientibus croni cam malū est: humiditatis nāqz instrumentorū cibi significat cōsumptiōez ꝛ desiccationem cū hmōi res est. Si ex colica q̄vocatur ileos vomitꝰ fiat ꝛ singultatio malū est: q̄ si spasmus comitet interitus portēdit: hac eī in spē colice intestia opilātur subtilia nec pōt emittere nā egestionē ad iferiora: ꝛre ad supiora pellit ꝛ stōm ac cū vomitu exit. Quare stō fit molestia incōmodūqz hoc vsqz ad cerebrū deferꝝ ꝛ trāsit ad spasmꝰ accidit ꝛ mētis alienatio. Hec aūt duo accētia exitialia sunt. ¶Cui strāguria in colica ileos dicta fit i septē mortē die bꝰ nisi forte supuenerit febris ꝛ via ꝺfluat multa. hoc i uēi capło. vj. aphorismoꝝ hypocratis sermonē quē Galienꝰ hypocratis negat eo q̄ eāz itelligere nequerit. Si hoi cuiqz lūboꝝ sit dolor cū febre ascēderitqz dolor ad diaphragma ꝛ ab i feriorib⁹ q̄escat locz mortale ē signū maximeqz si q̄buis modicū malū appeat signū. Tūc etenī mortē ꝓculdubio portēdit his eteī in locis dolor cū febre ex apate fit calo apa hoc cū ad diaphragma ascēderit alienatio fit mētis ꝓp diaphragmatis ꝛ cerebri cōparticipationē ꝛ hoc mortale. Et sivel modicū fiat simul signū malū mors ꝓculdubio fiet. Et si laudabile accidat signū fitꝰ ad morbū ꝓfortaī maturā dū ꝛ in saniē ꝛtit. Cū in vesica duꝝ fuerit apa ꝛ q̄ nō dimittit febris comitaī mortale ē. apa nāqz duꝝ si vesice accidat intestinū cōprimit ꝛ egō nō exit. Et si febris sit cōtinua ac dolor mortale est: nisi forte eger vrinā mingat digestā in qua sanies sit ideoqz libereī. Et si hoz nihil ē ac febris nō deficit mors ꝓxima ē: aut ꝓma aut certe hebdomada scōa aut añ. Si ꝑgnāti vnascit heritipila mulieri in mrice mortis est signū. Si in epate stō renibꝰ aut vesica vulnus fiat magnū mortē portēdit cū autem parū est sanari patiēs poterit. ¶Vidi vulnꝰ in grossis itestinis ꝛ egrediebaī ab eo egō ꝛ q̄ patiebaī liberaī est. Et vidi vulnꝰ qō in capite factū ad operimentū penetrabat tenne curauiqz patiētē ꝛ sanaī est. Galienꝰ aūt refert se in epatis ptibus plagā vidisse ꝛ extremitas q̄dā epatis abscissa est ac patiēs sanaī ē. Cū aūt vulnus aut in conicū aut gibbosum cadit epatis latus patiēs nō viuit. Et vesice ad concauū si vulnus penetret icurabile est cū subā eius nernosa est ꝛ vix cōsolidaī. Et renes cuz carnei sunt si vulnꝰ illis incidat nō magnum quo eoꝝ nō cessat actio cōsolidaī. ¶Si in cōtinua fiat febre rigor: sepiꝰ ꝛ virtꝰ debilis ē mortē significat. Rigor nāqz si multꝰ fuerit ꝛ sepe in debili corpe cōcutit illud ꝛ frāgit ac laniat ac debilitas eius augetur ꝛ virtꝰ oīno cadit. ¶Si in febre stō incēdiū accidat ꝛ tremor signū est malū. Palpitatio nāqz ozi accit stōi ꝓ colerarum multitudinem ꝛ vim. Si in membrorum aliquo apostema sit aut dolor: ꝛ post hoc angustiatio exestuet ꝛ sitis mortem significat. Calor nanqz ad interiora ꝙuertit corporis ꝛ cordis partes stomaciqz ꝛ vtrūqz incendit. Cui in acuta accidit quidem febre per qō habet fieri crisis: dico aut ēenacuationū aliqua ꝛ nihil ꝓdest si tertio apparuerit malum die signū ꝓculdubio pibit. Et si q̄rtus tertio silis est dies: eius iterꝰ sexto occurrit die aut septimo. In cauſon si tetanus fiat aut spasmꝰ signū est malū. Hac eteī in habitudine spasmus sit ex enacuatiōe hūiditatis ꝛ ōsiccatioa

ne eius vndeꝛ malꝰ. ¶Si in aliꝙ fiat euacuationū singultatio multa vt sanguis vomitꝰ: solutionis ⁊ aliarū: signū est maluz: singultatio nāꝯ spasmi spēs est q̄ ex repletiōe fit aut euacuatione: ⁊ q̄ ex euacuatōe fit spasmꝰ exitialis est ⁊ difficilis est ad curādū. ¶Cui tetanus accidit in q̄tuoꝛ mouit diebꝰ quos si trāserit sanat. Tetanus nāꝯ iter acutissimos numerat morbos: eiusꝯ crisis in q̄rto fit die: cū virtꝰ laboꝛē nō ferat distēsi mēbꝛi tpe longioꝛi. Si ex sanguinis fluxu alienatio fiat mētis ⁊ spasmꝰ illaudabile est. Sāguis nāꝯ si nimius in euacuatiōe fuerit siccitas fit ⁊ ab hac spasmus: ⁊ si passio ad cerebꝝ pferat: mēs alienat ⁊ patiētis moꝛs timet. ¶Si in coꝛpoꝛe emissiōes fiāt magne ⁊ aꝑa ab eis nō oꝛitur malū ē: qm̄ aꝑa in coꝛpoꝛis est interioꝛibus. Si infantibus vlcera fiant pessima ⁊ neꝯ interitus est signuz. Infantes nāꝯ non ferunt molestiā nec medelā tollerāt. Si in febꝛe palpebꝛa fiat turgida superioꝛ reditū sigt morbi. hoc em̄ ex caloꝛis fit debilitate naturalis: ⁊ cuz mēbꝛa que moꝛti primāt intumescunt vt moꝛtuoꝛ cadauer. Cui in lūbis antecedēs est molestia: ⁊ in latere pustule oꝛiūtur putride: signū est malū eo q̄ mā a mēbꝛis trāseat inferioꝛibus ab nobilioꝛa. Si moꝛbꝰ infirmi nō q̄enit nature etati ⁊ tēpoꝛi anni p̄senti malū est: ⁊ q̄ patitur periclitat. Morbi nāꝯ cōplexio hoꝛ resistit oim cōplexioni: ⁊ illam renincit ac illis sua dñatur virtute ⁊ viribus. Ideoꝯ piculū sigt: cū natura morbo neꝙt obstare. Hec de malis dicenda videbātur signis: que periculū significāt ⁊ interitum poꝛtendunt.

¶Capitulum .xj. de signis a morbo liberationem poꝛtendentibus.

Quoniā omnia signa ostēdim⁹ mala q̄ periculū significabāt queꝯ interitū poꝛtēdebāt iā nunc salutem poꝛtendētia exponamus signa: q̄bus in morbis apparētibus infirmus a moꝛte fit securioꝛ. Hec etiā signa quēadmodū diximus alia ex coꝛpoꝛis sumunt habitudine ⁊ figura ⁊ virtute: alia ex actionū bonitate. Alia ex his q̄ coꝛpoꝛe emittunt alia ex morbi natura. ¶Et q̄ ex coꝛpoꝛis sumūtur habitudie hec sunt. Cū infirmātis facīē sani faciei hoī videris simīlē: maxieꝯ sue q̄ fuit in sanitate signuz est salutis a morbo illo. Sepe em̄ faciei ifirmi figura nālis sicca est attenuata: ⁊ nasus acutꝰ coloꝛ plūbeus aut alicuiꝰ coloꝛis mali: si eius modi fuerit in morbo nec mutaꝫ hitudinē si ⁊ significat timēdā sed salutē. Et si caloꝛ in egroꝛātis coꝛpe eq̄lis est oino minime diuersus salutē sigt cū viscera ab aꝑate oi sana demōstret. Si septio fiet die icteritia aut post illū i diebꝰ creticis: a morbo sigt salutē. Significat nāꝯ naturā ꝓfortatā ad expellendas supfluitates colericas in coꝛpis exteꝛioꝛa. Et si q̄ sub hypocūdꝛijs sūt oi vacua sint grossitie: ⁊ piguia salutē significāt a morbo: hoc nāꝯ signū sanitatē appꝛobat cibi oꝛganoꝛ ⁊ virtutem.

De signis salutē poꝛtēdētibꝰ sūptꝙ exactionibus aialibus. Que aūt salus ab actionum sigtur bonitate: alia exactiōibus sumit aialibus. alia ex vitalibus. alia vero ex nālibus. Et q̄ ex aialibus vt mētis sanitas: cōsideratiōnū bonitas: sensuū claritas: facilitas moꝛ infirmi ⁊ reuolutiōis: q̄ꝯ vt decet iacet maxime ꝑ sua cōsuetudie. Oia hec signa sunt salutis a moꝛbo: ⁊ ifirmuz securū redd̄ūt. Sigñt nāꝯ cerebꝝ salutē acroburꝫ ⁊ eoꝝ q̄ ab ipso pdeūt: monētis volūtarie ꝓtutis. bonitatē: natureꝯ valitudinē ad consueta querēda. Sed ⁊ si patiēs nocte dormiat die exciteꝫ experrecto a sōno i seipo melioꝛ habitudo appeat ꝓtusꝯ ⁊ hoc signū ē bonuz. Si sit eteni patiēti mētis alienatio ⁊ experrectus ad se sentit animū redūsse laudabile ē signuz. Sōni nāꝯ tpe māz morbi superauit nā ⁊ sua digessit ꝓtute. Et sciēdū nō in oi tpe mētis bonitatē bonū eē signū. diariā eteꝛn q̄ patiūtur ⁊ ptisici: pereūt ac mētes eoꝝ sane pstāt. Sz in morbis hoc intuendū acutis ⁊ q̄ capitis sunt. ¶Mētis aūt coꝛruptio oi est malū in moꝛbo signū cū sigt cerebꝝ incōmodū pati. Si phreneticis sternutatio accidat laudabile ē signū. Cerebꝝ nāꝯ ad expellēdā ꝓfortatū ē mām ⁊ nocētē supfluitatē. Jō ergo gal⁹ in passionū ⁊ accidētiū libꝛo ait. Sternutatio si ex coꝛiza nō sit: est eoꝝ q̄ magis repleto ꝑsunt cerebꝛo ava poꝛb⁹ nisi q̄ oibus in pectoꝛis moꝛbꝰ illaudabilis est. Cōcutit em̄ pectus ⁊ mās ab ipm cōtrahit. Cui doloꝛ capitis ē ex aꝑate sanguineo aut humiditatū indigestarū q̄ in cerebꝛo congregate sunt: si ab eius naso aut naribus sanguis fluxerit aut sanies aut aqua: doloꝛ ille sedatur ⁊ passio finitur.

De signis salutē significātibꝰ sūptis ex actionibꝰ vitalibus. Ex actionibus q̄z vitalibꝰ signa ducunt: qm̄ ābelitus si bñ cōpositus ⁊ optimꝰ nō frequēs nec rarꝰ aut intercisus ꝑpulsus fortis ac oꝛdiatꝰ: fortius ē signū securitatis salutz ⁊ liberatōis quē admodū ecōtra pulsus malitia signum est in omni moꝛbo malum: significat eteꝛn vitalis debilitatem virtutis.

De signis sumptis ex actiōibus nālibꝰ salutē poꝛtēdentibꝰ. Ex nāli sūpta signa ꝓtute sūt hec. Si appetitꝰ ciboꝝ ifirmi ⁊ cupiditas fortis ē: digō bōa: salutis a moꝛbo signū est bonum. Sigt nāꝯ cibi instrumētoꝝ salutem ⁊ nature regentis coꝛpus q̄ꝯ cupida est eoꝝ que moꝛbus dissolu it restituere.

De signis salutē significātib⁹ sumptis ab exeuntib⁹ ai corpore. Et ab his q̄ corpus emittit significanti a salutē sumūtur signa. ¶Cū egestio in tenuitate ⁊ grossitie tēperata dissoluta q̄ aurei sit coloris nō multū citrina: signū salutis ē infirmi cū digerētis bōitatē significet ⁊ frutis ⁊ stōi ⁊ frutē acitestinoꝝ. ¶Et si lōgi egressi fuerit lūbrici cū egōne: aliq̄ creticoꝝ die: signū ē laudabile. qm̄ nā ad materiā cōfortata est expellēdā malā: expullitq̄ lūbricos hos parit cuz alijs sua ⁊tute. ¶Sic ⁊ si pyrinā supfluitatē expulerit nā die quouis cretico: ⁊ post hoc patiēs leuitatē senserit ⁊ quietē: signū salutis egroti ⁊ morbi finis. ¶Cui ex acuta surditas fit subita febre superueniēte colerica solutiōe: surditas recedit. hec em̄ surditas ex coleraꝝ ascensu i caput fit: q̄ cū ad iferiora descēderint ⁊ surditas cessat. Sic ⁊ si hmōi sanguinea sit inferior solo ⁊ surditas aduēit: solutio hec amputat. Et in hoc iudiciū supiori ⁊rū ē. ¶Si melācolica patienti sanguis fiat fluxus a venis ⁊ eaꝝ ore q̄ in ano sunt. signū est bonū: cū nigra mā ⁊ melancolica q̄ in capite erat ad vētris descendit partes. Sic ⁊ si splenis arctatio doloriꝫ cōtigerit sanabit. ¶Si cui hydropis ē solo flegmatica ⁊ humiditatis aquose morbus eiꝰ dissoluitur. Et si cuipiam antiqua est solutio vētris ⁊ vomitꝰ fiat: solo incidit. Mā nāq̄ q̄ p solutionē emittebat ad superiora cōuertit ⁊ per vomitū pellitur. ¶Si hoi obtalmia sit ⁊ solutio vētris illi fiat, signū laudabile. cū q̄ morbū faciebat inferius demittit mā. ¶Urina ꝑo colozis si fuerit ꝑpetētis nō pleni crocei q̄lis est citri color: ⁊ in ea nubecula alba ⁊ ad iferiora tendēs vasis salutē a morbo sigt. ¶Excellētiꝰ aūt hypostasis est alba ⁊ in vasis fundo inferius sita. Oia etem̄ hec sign̄t naturam morbi decoxisse materiā ⁊ mēbris fecisse radicalibꝰ simile ¶Sciendū vrine malitiā oi in morbo malā eē: nec tñ bonitas eius ⁊ q̄lis decet esse cōpositio signū est salutis: nisi in febribꝰ ⁊ viscerū aꝑtibꝰ ac epatis passiōibꝰ. Porro in cerebri passionibus ⁊ cordis nō. Materiarū nocentiū descēsus ad corporis inferiora ⁊ maturitatis in vrina apparētia signa inter maiora ⁊ meliora sunt: q̄ a morbo salutez ꝓtendunt. ¶Si pleuretic⁹ ⁊ pipleumōicꝰ i morbi principijs sputū emittūt albū tenue ⁊ subtile posthꝰ paulati igrossat ⁊ facilis ē eiꝰ emissio sine ax̄ie tate ⁊ ⁊tuose expellit: illō nec malꝰ eius color fuerit: vt niger aut viridis vel croceꝰ nimium nec odor ineſt abominabilis: signū est morbū ematuratū ⁊ salutis ab eo brevitatisq̄ eiꝰ. Et si emissio erupit in pleureticis aut pipneumonicis sanieſq̄ cū robore emittit: ipsaq̄ alba ē ⁊ mūda ⁊ ab ea sedata est febris die: patiēsq̄ cibū appetit: signū est bonū salutē ⁊ liberatiōez portēdēs infirmi. Hec etem̄ signa nāe sign̄t robur q̄q morbū vicit. ¶Sudor si febricitāti cōtinua febre cretico appareat die ⁊ calouis fuerit tēperati velox ⁊ equalis in oi corpe ⁊ tpis eius lōgitudo tēperata color albus: odor nō abominabilis: a morbo salutē sigt ⁊ finez eiꝰ. ¶Narium sanguis fluxus cū in aliquo ē creticoꝝ die in sanguineis febribꝰ q̄ ex aꝑate accidūt qđ in cerebro est: aut viscerū aliquorum aꝑate: morbi significat salutē ⁊ infirmi ⁊tutē.

De signis que ex passionibꝰ ⁊ morbus sumūtur. Sciendum qm̄ morbꝰ q̄ post aliū ē si fuerit primo leuior ⁊ in loco minus nobili salubris ē. Cui cephalea ē aut dolor in capite molestus si ab auribꝰ eiꝰ aut naribꝰ sanies fluxerit aut aqua curat. Hec em̄ significat dolorē aꝑatis cā fuisse ⁊ vt sanies ⁊ aq̄ egressa sunt dolor sedat. Si phreneticis ⁊ melācolicis emoroides accidāt laudabile est: materia eteni a superioribꝰ ad inferiora descendit. In q̄naticis si in pectore rubor appareat ⁊ apostema nec occultatur ⁊ nihil horū ad interiora redit salutis ē signū cuz naturā aꝑatis materiā foras expulit. Sic ⁊ si in gurgulione ⁊ lingua apostema appareat salutem significat a iugulatione. Sic ⁊ si semel apostema ⁊ rubor occultētur: dehinc reuertūtur ⁊ apparēt: significāt vt dictū ē salutem. Si diuturnioꝝ ē hīti tussez apostema in testibus oritur: tussis finitur eo q̄ inter pectoris ⁊ genitaliū mēbra fit cōparticipatio. Trāsit etem̄ p quā tussis fiebat. mā ad testiculos. ¶Si i magni pipneumonia piculi emissiōes i pedibꝰ appareāt ⁊ qđ p sputū mūdat maturū ē ⁊ facile emittit: ⁊ in vrina hypostasis apparuerit lenis ⁊ in fundo: oportunū, ⁊ approbās salutē est signū. Mā etem̄ vires ad materiā assūpsit pellēdā ⁊ a mēbris remouit nobilibꝰ ad ea q̄ nobilia: nō sunt: ⁊ cū emissio sedabit ⁊ finiet breui tpe. Et si cui pipneumōia ē cronica. emissiōes in auriū apparuerit radicibꝰ ⁊ pectoris ptibꝰ ab exterioribꝰ aut sub hypocūdriis salutē sigt ⁊ liberationē q̄q emissiōes hec fistule fiēt: passio nāq̄ pipleumonie alie plixioris fiunt tpis pp humoris grossitiem ⁊ viscositatē. Et si huiusmodi fuerint materie: nec maturare possit eas natura ⁊ in melꝰ reformare cū salutis apparuerint signa: superfluitates has pellit ⁊ ad hec mittit loca. Et quoniā materia hec mala est ⁊ emissionuz tempus prolixius fit q̄ ab ea fiunt intātum vt fistule fiant. ¶Si cui febris est ꝓtinua creticoꝝ aliquo rigor accidat die: signū est febris finis. Cōtinua nāq̄ febris ex humores est putrido inter vasa ⁊ venas statuto rigoriq̄ fit cum humor a vasis emittitur ⁊ venis: ⁊ ad membra defluit sentientia. ¶Si tertia naribꝰ vlcera in labijs fiant ⁊ naribus febris finis significatur. ¶Nocturna febris sa-

lubris est. ¶Alopitiã habẽti si passio q̃ varices vocãt fiat capitis redeũt capilli: qm̃ a cerebro ad pedes mã trãsferẽt. Si varices podagra laborãtib⁹ fiãt, ⁊ artetica ac frenetic̃ mordi eoꝝ abide finiũt. Si lẽteria molestato diuturna ructat⁹ fiat acid⁹ signũ ẽ laudabile lẽteria eteñ quẽadmõꝝ dixim⁹ alias eoꝝ ẽ emussio q̃ comedunt eodẽ tpe sine aliqua imutatiõe. Si itaq; ructat⁹ fiat acid⁹ sig̃t cibũ in stõ imoratũ ⁊ ad acerbitatẽ trãsijt. Cui spasm⁹ expleptõe est si febris supueniat spasmo sanat. Hic nãq; spasm⁹ ex hũore fit grosso quẽ supueniẽs febris subtiliat ⁊ dissoluit. ¶Si spasmus habẽti q̃rtana fiat sanat spasmo qr calor ⁊ pudredo in mã opant spasmi ipsamq; exurãt et ꝙsumãt. Sic q̃z q̃rtana epilepticũ sanat ⁊ epilepsiã aduenire arcet ⁊ ẽ cã quã in spasmo diximus. ¶Si hoi sit singultatio ⁊ sternutatio supueniat singultatio terminat. Cui dolor est in epate grauis ex mala ꝙpone frida si febr̃ supuenerit dolor soluit. ¶Sic si stõi aut intestinis aut spleni ex vẽtositate aut mala fiat cõplexiõe frida dolor: dehinc febris accidat dolor ille p eã soluit. Si in virge meatu pustule exierint ⁊ expuerint dolor finit. Acumẽ eteñ vine cũ supuic⁹ trãseat cicatrizat illud ⁊ desiccat. Si ab egritudine surgenti aut corp⁹ hũti nõ mundũ pustule accidãt aut pturigo vl̃ petigo nãm sig̃t ꝙfortata ad malã expellẽdam superfluitatẽ a mẽbris nobilioꝝib⁹ ad subiectiora cutẽ. s. iõq; salutẽ sig̃t corpis ⁊ sanitatẽ. Et sciẽdũ pueros sepi⁹ a difficilib⁹ liberari morbis eo ꝙ corpa eoꝝ crescãt citi⁹ cum a morbo surrexerint. ¶Senes aũt ⁊ cui⁹ virt⁹ debilis ẽ pax a forti liberãt morbo. Et si firmũ videri nihil eoꝝ q̃ opz facietẽ ⁊ morbũ einsdẽ hitudinis: morbus eius salubris est ⁊ cito sanãdus.

¶Capi. xij. qd oporteat scire volẽtẽ annũciare infirmãtis salutẽ vel mortem.

Hac de signis laudabilib⁹ salutẽ portẽdẽtib⁹ ⁊ morboꝝ fines: illaudabilib⁹ q̃z ⁊ iteritũ portẽdẽtib⁹ dicta sunt volẽti portẽdere morituro mortẽ: ⁊ saluãdi a morbo salutẽ ⁊ morbi finẽ tã in acutis q̃z in plixis morbis ⁊ aliꝝ sufficiũt. Opz aũt volentẽ hec adipisci vt ꝙtinue sit speculatiõis ⁊ discretionẽ accuat cogitationẽ, plõget collationeq; inter bona vtãt ⁊ mala signa: videatq; q̃ plurima sunt numero ⁊ ad significãdũ fortiora: ⁊ q̃ pauciora sũt nũero ⁊ ad signdũ debiliora: quẽadmodũ per duplicationẽ ostẽdim⁹ dicẽtes. qm̃ hoc mortẽ significat ⁊ ꝙ pculdubio mortẽ portẽdit: aut cũ mortẽ significat, p primã. In q̃busdã vt dixim⁹ malum absoluta oratiõnẽ ⁊ multũ malũ. Sic ⁊ in salutis signis hoc signũ laudabile est valde: aut hoc fortis ad salutẽ significatiõis. Examinet igitur signa hec virtutis eorũ notitia: dehinc de morbo per plura, ⁊ superantia iudicet signa ac fortiora. ¶Et sciendum quoniam que ad interitum fortiora sunt signa: non adunantur cum his que ad salutis significationem sunt valida: cum horum quodq; in extremo sit contrariorum. Contraria vno eodemq; in loco non congregantur. Signorũ quoq; non immutatur significatio in omnibus regionibus etatibus ⁊ tẽporibus. Que igit laudabilia sunt bonum significant: ⁊ que illaudabilia malũ. Jõ ergo si infirmum videris alleuiatum ⁊ quietũ eẽ cũ malis signis nullis apparẽtib⁹ bõis vt pulsus virtute ⁊ anhelitus. vine bona digestione. ⁊ aliꝝ huiusmodi: nõ expedit te alicui eorum spem accõmodare: nec leteris i eo sed patiẽtis portendas interitũ. ¶Sic ⁊ si infirmũ videris in quo signa apparuerint bona: vt pulsus robur: anhelitus bonitas: vine digestio: aliaq; huiusmodi: ⁊ accidentia videris illi accidisse difficilia vt molestationẽ. mẽtis alienationẽ phãtasias. visus obscuritatez precordiorum dolorez non oportebit his turbari. horum nanq; accidentium recessus velox erit per infirmi a morbo suo salutẽ. Jdeo itaq; hypocras in aphorismorũ ait libro. Nõ credendũ alleuiationi que infirmo preter rationẽ fit nec res verende difficiles que pter rationẽ accidunt. plurima eteñ huiusmodi sic facta non durant nec plixa sunt. Ait aũt hoc qm̃ signa bona semper bonũ portendunt: mala semper malũ significãt: nec omnino hec cessat regula. Sz tamẽ cũ his que dicta sunt nõ est hoiem inuenire qui nõ sallat: magni nãq; medicorũ peritissimi nõnũq; peccauerũt maxime in acutis peccatur morbis ꝓpter transitus eorũ accelerationẽ ab habitudine vna in alias. In plixis ẽo morbis ⁊ cronicis vix incidit peccatũ in morboꝝ iudicio. Jdcirco igitur ait hypocras qm̃ in acutis iudiciũ morbis vite ⁊ mortis pfectiõis non est in vltimo nec ad mortẽ nec ad sanitatẽ. hoc aũt pp mãe subtilitatẽ ⁊ mot⁹ accelerãtiã ac trãsit⁹ ab habitudine in habitudinẽ. Sed cũ medic⁹ pitus est et in liboꝝ ꝙsideratiõe diuturn⁹ exercitijq; circa infirmãtis lõgioris ⁊ plixi tpis ⁊ ei⁹ speculatio sana est: vix peccabit in iudicandis nisi p raro. Jdeoq; ergo medicũ opz infirmoꝝ visitationes frequẽtare ⁊ que diligenter intuit⁹ fuit custodire: discretionẽ ⁊ iudiciũ acuere et collationes optime comparare ⁊ eorum que nostro diximus in libro hoc frequentare ordinationem. Queisi fecerit multa erunt recte dicta factaq; ⁊ pauca peccata. ¶Et sciendus in morbi ꝓncipijs ꝓmo die posse te ⁊ saluãdi salutẽ ⁊ morituri mortẽ iudicare: sed hoc in morbis quoꝝ nãq; morboꝝ signa i ꝓncipijs patẽt.

Quoꝝ aũt finis in quarto decimo est: aut vigesima ꝛ que sequunt salutẽ non poteris aut iterũ in ꝑmis agnoscere: sed ituenda oi ꝗrto die tibi erũt signa morbiqꝫ ꝙsiderabis imutationẽ ꝛ motũ ad quã imutabit habitudinez. hoꝝ nãqꝫ morboꝝ stat⁹ remotior ẽ: ꝛ motus tard⁹ ꝓp eoꝝ mãei grossitiẽ nec ipsoꝝ appent signa die⁹ ꝑmis differũtur qꝫ iuxta morbi lõgitudinis ḟtitatẽtiõ circa vnãquãqꝫ ſpẽz eoꝝ necesse est habitudinẽ singulis inestigare diebus. Hec sunt que de portẽdẽtib⁹ volebamus ostẽdere signis ꝛ est ꝑme partis nostri libri vltimum finis. Et deo cũ laude gratia.

¶ Finit sermo decimus ꝑme ptis libri cõpleti artis medicine qui dr regalis dispositio hali filij abbas discipuli abimeher moy si: filij sezar. In cui⁹ fine ꝛ ꝑma huiꝰ libri terminat ps. Trãslatio stephani philosophie discipuli de arabico in latinũ: die .7ª. octobris feria tertia. Anno a passione dñi millesimo cẽtesimo viceſimo septimo alduini manu.

¶ Inuenim⁹ aũt in latino capꝫ qõdã qõ arabica nõ hꝫ veritas: post capm octauũ sermonis decimi q̃ itueri velle fatigat abveteri reqrat trãslatiõe: qm̃ nos eoꝝ tm̃ que in arabica erãt veritate trãslatores sumus. Jd aũt capitulũ ponit ar̃cõstãtino i pãtegni: decimo theorice capitulo nono ꝛ est tale.

Post ordinationẽ

q̃dẽ totiꝰ huiꝰ libri: cũ viderim hoc supradictũ capꝫ octauũ. ſ. nõ plenũ neqꝫ planũ eẽ itroducẽdis placuit istõ subseq̃ns itromitti vt planior itellectus dareꝫ docẽdis vt cũ illõ supius ꝗliter antiqui ꝛ quã: acute senserint exposuerit: istõ ꝓsequatur qũo. ſ. ꝛ quãplane sentiãt moderni. Dies cretica duob⁹ ẽ modis: aut em̃ laudabilis ꝛ sigtiua est salutis. aut pessima ꝛ nõ vẽit crisis in ipa ꝛ si crisis veniat malũ sigt. Dies laudabilis est. ij. iij. v. vij. ix. xj. xiij. xx. xxj. Jl laudabilis. ij. vj. vij. x. xij. xvj. xvij. hoꝝ dierũ crisis mala est: qꝛ motꝰ iter nãm ꝛ morbuz est his diebꝰ nõ ex nã ſz exꝫtute morbi nãz cogẽtis ꝛ si bonã habeat sigtionem morbi sigt reuersionẽ. si malã habeat motẽ appropingre demõstrat. xiij. aũt ꝛ. xv. sunt iter bonũ ꝛ malũ mediocres: qõ post in loco suo dicturi sumus. Dies bona q̃dã crisis ẽ ꝓpria q̃dã vero eiꝰ nũcia. Que vere crisis sũt. vij. xiij. xx. ꝛ. xxj. Nuncij eiꝰ. iij. xj. post has. v. ix. xvij. post has ij. ꝛ. xvij. Aliqñ tm̃ in die creticavenit nũcia ꝛ dies cretica in nũcia hoꝝ cã grossitudo ẽ ꝛ durities mãe⁹ leuitas subtilitasqꝫ. Si em̃ mã sit ſnis tardaꝫ morbꝰ ꝛ dies cretica ꝑterit vẽtqꝫ in die nũcia q̃ eã sequit. Si ꝛo mã sit subtilis eiꝰ crisis ꝓuenit die cretica: venitqꝫ in die nuncia ipaz ꝓcedẽte. Dies illaudabilis peior ẽ. ij. ꝛ post. vj. huic vicinat. viij. Cã vñ. ij. ceteris sit peior ẽ qꝛ mã ẽ cruda ꝛ nõ cocta ꝛ nõdũ eã incepit digerere nã neqꝫ subtiliare eã põt ante die. iij. Cũ aũt accñtia videris ꝛ sigtiones añ mãe decoctionẽ itelliges nãe disturbationẽ ꝛ hũoꝝ in ipaz coactionẽ añ mãe decoctionem cũ sua acuitate ꝛ pessima ꝗlitateꝝ nõ laudat ꝯpocras in febrib⁹ sanguinẽ die. ij. effluere de naribꝰ dicit em̃ꝙ malũ sigt. vj. dies ꝑfectionẽ nãe ꝛ morbi sigt fortitudinẽ qꝛ sexta septie est vicina. Cũ aũt natura virtutẽ nõ habeat vt ad. vij. id est cretica perueniat sui defectione morbi in ipsam significat dominationẽ. ¶ Cã diuersitatis imeracriseos duobus est modis aut em̃ ex diuersitate numeri in se: aut ex cursu lune. Item ex luminis acceptiõe a sole. Ex numeri nature diuersitate tribus modis. ꝓximus qꝛ cã numerãdi est numerus vnũ ꝯo elementalis causa est numeri. Numerus em̃ nihil est aliud q̃ collectio vnitatis: vnde vnum ꝓpriũ est magis iparitatis q̃ paritatis qꝛ pa lã inenimus iparitatẽ in ipso. Par, vero i duo diuidit equales vnitates. Duo due sunt eq̃les vnitates. Jmpar vnitate supat illia in vnitate. ergo imparitatẽ inuenies que sibi est ꝓpria: vnde si vnũ multiplicemus in se fit ipsuz verbi gratia vnũ multiplicatũ semel in vnũ. i. vna vice cõputatum nõ exit se. Sed in sui natura integrum extitit. ergo palam est qꝛ vnũ lineare ꝛ vnũ supficiale ꝛ vnũ corꝑorale ꝛ vnũ per se non diuersatur neqꝫ mutatur. Si aũt multiplicatur semper in se ꝛ nunq̃ se exit. Jmpossibile est ergo vt augmẽtetur sicut par numerus: imparitas ergo paritate prior. ¶ Secundus modus est qꝛ vnitas cõpositiõis ẽ cã imparũ ꝛ parũ. Jmpar item est cã diuisiõis parũ ꝛ imparũ: qꝛ ipar diuisus in duas partes in parẽ. ſ. ꝛ imparẽ diuiditur: ꝛ par nõ sic facit. Quia si diuidatur in duo similia diuidi tur siue sint paria siue imparia ergo par numerus parũ ꝛ iparũ insimul diuidẽdoꝝ nõ esse causa ꝓbaꝫ: vnde palã est ꝙ abvnitate par remouetur. ¶ Tertius modꝰ qꝛ numerus aut in parẽ aut in iparẽ diuiditur. Si aũt vnũ seorsum ponam⁹ ꝛ vnũquẽqꝫ iparẽ numerum naturalẽ seorsum ꝛ post partẽ parti sedz ordinamentũ nature iungamus numerus ex his adiunctus inuenietur circulatus ꝛ quadrangulus lõgitudine ꝛ latitudine equalis. verbi gratia. Si vnũ ponam⁹ qui cã ꝛ ꝓncipium est iparitatis ꝛ iparẽ sibi vicinũ iũgam⁹. i. tres; fit q̃tuoꝝ. Quatuoꝝ aũt est quadrãgulus duo em̃ in duo multiplicantur. lõgitudo ergo eiꝰ duo ꝛ latitudo eius similiter duo. Jteꝫ si q̃tuoꝝ his iũgamus impar illud quod vicinatur naturaliter tribus id est quinqꝫ fit. ix. ꝛ his numerus similiter circulatur, longitudo enim eius tres

ꝫ latitudo eius tres: qtitē imparibus iunctis ratio vsq; in infinitū procedit. ergo palā est ꝙ impar est cā ois numeri circulati. Qđ par pari cōpositū nō facit. Si em vnū qđ est cā numeri tollamus ꝫ sibi par ꝑmū naturale iūgam⁹. i. duo. iij. tm inde reddunt q̄ neq; est circulatus neq; quadrāgulatus sed potius est triāgulatus. Si aūt. iij. scōo pari ideſt. iiij. iūgam⁹ fiūt. vij. Qui numerus nō circulatur. cū lōgitudinē latitudo superet. Et sīliter vno ꝑtermisso si paria iungam⁹. scut. ij. ꝫ. iiij. fiūt. vj. Qui ab hac re fit alienus qr lōgitutudo ei⁹ ꝫ latitudo diuersantur. lōgitudo enim ei⁹ est. ij. ꝫ latitudo ei⁹ est. iiij. Imparib⁹ ergo dignius vnitas cum numerabit. Eteni imparia numerabilis rei cō posite plurimū sunt causa. Qđ cū ita sit necesse ē vt quecūq; dies cretica imparib⁹ cōprehēdatur cū ad perfectionē securitatis nos deducat ex fortitudine quā dixim⁹ sua: qr paribus diuiditur ꝫ iparibus qđ paribus solis nō attribuit. Aut em in tm paria diuiduntur aut in imparia: vnde paria nō adeo per se sunt pfecta. Crisis ergo pari attributa nūero ex sui impfectione nō ita reddit nos securos: vnde hypocras dixit. Quecunq; crisis in numero fit ipari securiores nos reddit ꝫ pari. ¶ Dixim⁹ prout oportuit de fortitudine ꝫ debilitate cretice diei ſm numerū. Oportet nūc dicatur vnde eadez cretica ſm lune cursum diuersetur. Dico ꝫ. Sciūt oēs phi ꝫconfirmāt qr sol ꝫ ceteri planete cā sūt cōstructiōis ꝫ destructōis istiꝰ inferioris nr̄i mundi. Sed tm fortior ꝫ stabilior ꝫ rectior atq; imutabilior in his est sol. Scim⁹ em qr veris estatis autūni ꝫ hiemis ipe solus: ꝫ nō alius causa sit in actionibus rer̄: vt p ea fiunt. i. generare animalia q̄ elementor̄ sunt partes: ꝫ cōplere fructus in suis pfectionibus monere animalia ipsa ad coitū vt permaneat genus suū. ꝫ alias res etiā vniuersales faciūt. Actiones itē lune in hoīb⁹ substantijs ꝫe dixim⁹ sunt magne. Sed tm minores solis actione: ꝫem posterior est in ordinatione. quia ordinatōes mensiuz. p ipsaz sunt. ꝫ actiones sue in cursib⁹ maris sunt aperte. Quicquid tm facit a sole accipit: quia lumen suū non est nouū nisi cā a sole separatur. neq; illuminat aliqua ꝑs ipsius nisi q̄ a sole cōspicit. Lumen ꝙ suū totū perditur cū terre vmbra inter ipsaz ꝫ solē opponitur. Omnis ergo actio sua esse videt secundū q̄titatē qua a sole elongatur. Lumen em suum tunc implet cū sibi opponit mediat cuz quadrat. Debilius vero est tertianum q̄ quartanū. Debilissimum vero sextanū nouellum cū post disiunctionē appareat absconsuz quia lumine solis est opertuz. Magnitudo ei⁹ in fluctibus ꝫ mouēdis ad coitum animalib⁹ ꝫ menstruor̄ cursibus ſm difinita tpa cōsideratur. ꝫ similiter epilepsia circulat ꝫ alia multa. Que oia scōm ꝙa sole accipit sunt habenda. Palā ergo sit intellectui: ꝙ luna adiutorio solis indigeat. Sol aūt nullius necessitatē habeat neq; lune: neq; ceteror̄ planetar̄. Nullū em eor̄ sibi pōt obuiare ꝫ estate facienda cū nris capitib⁹ sit oppositꝰ: nec i frigore faciēdo cū currit declinādo a ꝑte oppositō. Nec in faciēdis tēpatz tpib⁹ vernali. s. ꝫ autūnali cū cursus suus tēperet. Unde philosophi solē assimilauerunt iperatori. Luna ꝙ scōo ab iperatore cesari. Que qr inter nos ꝫ solē opposita est posse suū in oibus his mūdāis necesse est exerceat. Neq; tm in hac dñatiōe ceteris planetz est dignior qr sit fortior ꝫ qr nobis sit vicinior hec ꝙ est cā nēcia vt ois res mūdana ex ordiatiōe ꝫ regimēto fiat lune: ꝫ scōm sui siūitudinē se habeat. Que antē res lunari siūitudini magis est aptāda q̄ ipsa nā. Sicut em luna a sole accipit ꝫ sibi assimilat: sic ꝫ nā a luna ꝫ sibi coaptat. Diuersitas ergo cretice diei scōm lunā est dicēda. ¶ Diuersitas aūt hec est multiplex qr luna a sole figuras octo accipit q̄ magne sunt ꝫ aperte. Sed tm ꝗtuor fortiores sunt ceteris: ꝫ apertiores in actionib⁹ suis. ¶ Una ē cū bicornis appareat. ¶ Scōa cuz soli fit oppositꝰ ꝫ lumen suū cōpleat. quod fit cū inter se ꝫ solē. clxxx. gradus sint in. xiij. scilz die. ¶ Tertia ꝫ quarta cū primo ꝫ scōo a sole q̄dret. Primuz q̄dratū est cū medie lune lumē cōpletur ꝫ orientale est. hoc aūt est cū inter se ꝫ solē ꝫ ꝑte orietis. xc. gradus sint. ꝫ hoc septimo die fit. ¶ Scōm q̄dratū est cū lumē medie lune ꝛpletur ꝫ est occidētale. Qđ fit cū inter se ꝫ solē a parte occidentis. xc. gradus sint. hoc autē est xxj. die. Sed tm cū sit orientale est aptior ꝫ fortior. quia ad cōplementū sui tēdit ergo obscurior ꝫ debilior: cū sit occidētale qr ad defectōez sui vadit. Et pp hoc fit. vij. diei in morbis fortior ꝙ. xxj. sigtio. Hec sunt ꝗtuor figure lune quas fortiores: ꝫ apertiores diximus esse: ꝫ iō ꝑpriores sunt diei cretice ꝫ non nuntiatiue. ¶ Aliaz ꝙ ꝗtuor figurarū q̄ priorib⁹ debiliores sunt ꝑtute: prima est cū media sit inter solē ꝫ primū q̄dratū a ꝑte orientis qđ fit cū lumine impleat ꝫrta pars sui. hoc autē est cū inter ipsam ꝫ solē a ꝑte orientis sunt. xlv. gradus ꝫ est in die tertia ꝫ media. Scōa est cū inter solē ꝫ secundū quadratū a parte occidētis media sit cuz scilz lumine ipleatur ꝫrta pars sui ꝫ sit inter ipsam ꝫ solē a parte occidētis. xlv. gradꝰ ꝫ hoc est. xxiij. die. ¶ Tertia est cū inter signū oppositiōis sit ꝫ primū q̄dratū. i. lōge a signo oppositiōis ex ꝑte meridiei. xlv. gradus ꝫ a sole ex ꝑte meridiei. lxvij. sunt gradus ꝫ mediuz. Et hoc est. xj. die. ¶ Quarta cum inter signuz oppositiōis ꝫ scōz q̄dratū sit. i. a longe a signo oppositionis ex parte septentriōis. 45. gradꝰ ꝫ a sole ex parte eadem. 47. ꝫ medium ꝫ hoc

